

Das Überschreiten des Rubikon bedeutete Bürgerkrieg; das wusste Caesar genau; wie es sich abgespielt haben könnte, das schildert Sueton hier:

Reputans, quantum moliretur, conversus ad proximos: «Etiam nunc», inquit, «regredi possumus, quod si ponticulum transierimus, omnia armis agenda erunt. Cunctanti ostentum tale factum est: Quidam eximia magnitudine et forma in proximo sedens repente apparuit harundine canens; ad quem audiendum cum praeter pastores plurimi etiam ex stationibus milites concurrissent interque eos et aeneatores rapta ab uno tuba prosiluit ad flumen et ingenti spiritu classicum exorsus pertendit ad alteram ripam. Tunc Caesar. «Eatur», inquit, «quo deorum ostenta et inimicorum iniquitas vocat. Iacta alea est(o)!»

1.Aufgabe:) Wähle aus den **Textstrukturierungsbaukästen** der anderen Caesartextvideos einen aus und strukturiere den Text nach dir angenehmen Gesichtspunkten.
Pflicht ist: die kolometrische Schreibweise!